



EAE LCL 5

SESSION 2016



**AGRÉGATION  
CONCOURS EXTERNE**

**Section : LETTRES CLASSIQUES**

**VERSION LATINE**

Durée : 4 heures



*Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot (y compris la nouvelle édition 2000), Goelzer et Quicherat sont autorisés.*

*L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.*

*Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.*

*De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.*

**NB : La copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.**

**Tournez la page S.V.P.**



## Les criminels ne peuvent échapper aux tourments de la conscience

[...] Cur tamen hos tu  
euasisse putes, quos diri conscia facti  
mens habet attonitos et surdo uerbere caedit  
occultum quatiens animo tortore flagellum ?  
Poena autem uehemens ac multo saeuior illis  
quas et Caedicius<sup>1</sup> grauis inuenit et Rhadamantus,  
nocte dieque suum gestare in pectore testem.  
Spartano cuidam<sup>2</sup> respondit Pythia uates  
haut impunitum quondam fore quod dubitaret  
depositum retinere et fraudem iure tueri  
iurando ; quaerebat enim quae numinis esset  
mens et an hoc illi facinus suaderet Apollo.  
Reddidit ergo metu, non moribus, et tamen omnem  
uocem adyti dignam templo ueramque probauit  
extinctus tota pariter cum prole domoque  
et quamuis longa deductis gente propinquis.  
Has patitur poenas peccandi sola uoluntas.  
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,  
facti crimen habet. Cedo si conata peregit.  
Perpetua anxietas nec mensae tempore cessat,  
faucibus ut morbo siccis interque molares  
difficili crescente cibo, sed uina misellus  
expuit, Albani ueteris pretiosa senectus  
displicet ; ostendas melius, densissima ruga  
cogitur in frontem uelut acri ducta Falerno.  
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem  
et toto uersata toro iam membra quiescunt,  
continuo templum et uiolati numinis aras  
et, quod praecipuis mentem sudoribus urguet,  
te uidet in somnis ; tua sacra et maior imago  
humana turbat pauidum cogitque fateri.  
Hi sunt qui trepidant et ad omnia fulgura pallent  
cum tonat, exanimes, primo quoque murmure caeli,  
non quasi fortuitus nec uentorum rabie set  
iratus cadat in terras et iudicet ignis.  
Illa nihil nocuit : cura grauiore timetur  
proxima tempestas uelut hoc dilata sereno.  
Praeterea lateris uigili cum febre dolorem  
si coepere pati, missum ad sua corpora morbum  
infesto credunt a numine, saxa deorum  
haec et tela putant. Pecudem spondere sacello  
balantem et Laribus cristam promittere galli  
non audent ; quid enim sperare nocentibus aegris  
concessum ? [...]

JUVÉNAL

---

<sup>1</sup> Nom d'un courtisan de Néron.

<sup>2</sup> Il s'agit de Glaucos, dont Hérodote raconte l'histoire.